Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25888
Copyright: Admont, Benediktinerstift



cat hunc panem vivet in eternum. Off. Sacerdotes incensum domi
et panes offerunt deo et ideo sancti erunt deo suo et non polluerunt nomen
eius alla. Secretum. Ecclie tue quesumus domine virtutis et pa
cis propitius dona concede: que sub oblatis munueribus mystice
designantur. Per. Con. Qui manducat carnem meam et bibit san
guinem meum in me manet et ego in eo dicit dominus. Compl. Fac nos
quesumus due divinitatis tue sempiterna fruitione repleri:
quam pregusti corpis et sanguinis tui temporalis percepcio pre
figurat. Qui vi. De dedicacione ecclesie.

Terribilis est locus iste hic domus dei est et porta celi et vocabitur
aula dei. Ps. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum concupiscit et
deficit anima mea in atria domini. Graduo. Deus qui invisibiliter omnia
continues: et tamen salutem generis humani signis tue po
tencie visibiliter ostendis: templum hoc potencia tue habita
cionis illustrat: ut omnes qui huc deprecaturi convenerit: et
quacumque tribulacione clamaverint ad te consolacionis
tue beneficia consequantur. Per dominum. Lectio libri apocalipsis beati iohis apli.
In diebus illis. Vidi civitatem sanctam hierusalem novam de
scendentem de celo: ado paratam sicut sponsam ornatam
viro suo. Et audivi vocem magnam de throno dicentem.
Ecce tabernaculum dei cum hominibus: et habitabit cum
eis. Et ipsi populus eius erunt: et ipse deus cum eis erit eorum
deus. Et absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum
et mors ultra non erit. neque luctus neque clamor neque do
lor erit ultra: quia prima abierunt. Et dixit qui sedebat in
throno. Ecce nova facio omnia. Gra. Locus iste ado factus est
inestimabile sacramentum irreprehensibilis est. Vi. Deus cui astant ange
lorum chori exaudi preces servorum tuorum. Alla. Vi. Vox exultacionis et
salutis in tabernaculis iustorum. Sequencia.

Psallat ecclia mater illibata et virgo sine ruga honorem huius ecclie
et domus aule celestis ypbatur particeps. In laude regis celorum
et terrenorum. Et lumine continuo emulans claritatem sine tenebris